

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6740

Autre(s) référence(s) : Round 130

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Henri de Sully, Fécamp, La Trinité (abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1155-1158]

Lieu d'émission : Westminster

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par Henri II à son cousin Henri, abbé de Fécamp, et à l'abbaye de Fécamp, des biens de ladite abbaye.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 7 H 12 (9).

Éditions principales

a. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XIe au XVIIIe siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche XVI.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° LVI, t. 1, p. 156-157.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 130.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 156-157.

Texte établi d'après b

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, et justiciis, vicecomitibus et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis, salutem.

Sciatis quod ego rex H. concedo Henrico abbati Fiscan[nensi], cognato meo, et auctoritate sigilli mei confirmo, ipsi videlicet et #cclesi# Fiscannensi, omnes possessiones suas et terras suas Anglie et Normannie et omnes consuetudines suas et omnes dignitates suas in ecclesiis, in terris, in aquis, in portibus et in portuum

consuetudinibus, in decimis, in silvis, in placitis, et in omnibus aliis rebus ad ecclesiam de Fiscanno pertinentibus, sicut Ricardi ducis Norm[annorum], predecessoris mei, carta testatur et confirmat, et sicut carte regis Ædwardi et Willelmi et regis Henrici avi mei testantur et confirmant. Quare volo et firmiter precipio quod Henricus abbas et ecclesia Fiscann[ensis] teneat libere et quiete et honorifice, absque ulla inquietatione vel imminutione secularis vel judicarie potestatis ; et si aliquis super hoc aliquid presumpserit, ego capiam emendationem quam comes Ricardus instituit, videlicet auri libras centum, ut confusus discat improborum temeritate non esse violanda que ob amorem Dei majorum statuerit auctoritas.

Testibus : Arnulfo Lexoviensi, Philippo Baiocensi et Ricardo Lund[oniensi] episcopis, Willelmo fratre regis, Thoma cancellario, Ricardo de Humetis, Garino Filio Geroldi, Manasses Biset, Rodberto de Noveb[urgo], Rodberto de Dunstanvilla, Jocelino de Baillolio, Nicholao de Stuttevilla.

Apud Westmonasterium.